



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IVRIS CANONICI|| SEV PONTIFICII|| PARTITIONES,||

Grégoire, Pierre

[Frankfurt], 1595

VD16 G 2996

22 De prædicatione verbi Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63677)

DE PRÆDICATIONE
verbi Dei.

TITVLVS XXII.

CAP. I.

Continuatio & prædicatio quid.

INter res spirituales necessarias Ecclesiæ
Prædicatio est: quæ nihil aliud, quam
annuntiatio verbi Dei, & voluntatis eius.
a

SCHOLIA.

a *ca. in interrog. causa 1. q. 1.*

CAPVT II.

De duabus speciebus prædicationis.

PRædicator ¶ bonus vel malus inuenitur.
Oportet vero, bonum & eum, qui
docet & instituit rudes animas, talem esse,
vt pro ingenio discipulorum possit semetipsum
temporare, esse item irreprehensibilem,
maturum, pauidum, a potentem in opere
& sermone, b electum seu miillum, c
scientem scripturas sacras & canones. d

SCHOLIA.

a *cap. 12. oportet. 8. questio. 1. & in epistola
Dni Clementis ad Iacobum. ca. si rector,
43. distinct. de Officio prædicationis, vide
multa vtilia, in Concilio Tridentino, sessione
quinta, de Reformat. ca. 2. & sessione
21. de Reformatione c. 4.*

b *ca. inter cetera, 15. de offic. iudic. ordinat.
libr. 1. tit. 31.*

c *cap. fin. §. fin. de offic. iudic. delegat. libr. 1.
tit. 29. inter artifices longa est, & magna
differentia, &c. l. inter artifices, de Solutio.
Pand. & personalia nō mutant personam,
leg. quia tale. solut. matrim.*

d *cap. ignorantia, in 1. 38. dist. facit, ca. quid
est hoc, 17. dist. 50.*

CAPVT. III.

Quid prædicandum in Ecclesia.

Verbum itaque Dei erit ¶ prædicandum
in Ecclesia, & quæ a Deo ipsi
prædicatores didicerunt per sacras literas,
non ex proprio sensu: a non admiscenda
profana, quæ non ædificant: b annuncian-
dæ virtutes & vitia: illarū præmia, horum
pœnæ. c Qui indulgentiarū ratione qua-
stutores sunt elemosinarum, nihil ultra cō-
tenta in literis populo proponere debēt. d
Admonendus, & populus, vt decimas &
alia iura Ecclesiastica fideliter exsoluat, vt
operas sibi inuicem exhibeat. f

SCHOLIA.

a *canone finali, in 36. dist.*

b *ca. quinto, cum multa, 86. dist. iunge, ca. 1.
2. & ca. 7. legens, 37. dist.*

c *cap. exiit. §. ne quicquam, de verborum si-
gnific. in Sex.*

d *cap. cum ex eo, 14. de pœnitent. & remiss.
libr. 5. tit. 38. Fuerunt, & postea aboliti
prædicatores quæstuarii, in cap. 4. de Pœ-
nitent. & remissio, in Sex. & in Concilio
Tridentino, sessione quinta, de Reformatio,
cap. secundo. §. fin. & sessione. 21. de Refor-
matio. cap. 9.*

e *cap. 1. de Decimis in Sexto. Clementi. cu-
pientes. 3. §. illos etiam, de Pœnis.*

f *ca. te quidem. §. fin. & cap. sequen. 11. qua-
stio. 1.*

CAP. IIII.

Quibus liceat prædicare in Ecclesia.

Officium prædicandi ¶ verbum Dei pri-
uilegiatum est, a & munus proprium
Episcopi, b aliis prohibitum sub pœna ex-
communicationis, nisi a summo Pontifi-
ce, vel loci Episcopo, licentia detur. c Pro-
hibitū & Monachis, d nisi sufficientes fue-
rint approbati, vt & clericis & Presbyte-
ris: e requisita etiam & habita prælatorum
suorum licentia. f Non potest, quis etiam
idoneus prædicare in alterius parochia, si-
ne eius curionis vel Episcopi licentia. g
Quamuis etiam detur potestas prædican-
di Monachis mendicantibus, & aliis in
propriis monasteriis, & alibi; tamen illis
non

non licet prædicare in illa hora, qua loco- A
rum prælati, cuiusmodi sunt curiones, præ-
dicabunt, vel coram se facient prædicare,
nisi in contrarium licentiam habeant. *b*
Prohibitum & est prædicare laicis, cuius-
cumq; sint scientiæ, vel auctoritatis, cum
proprius ordo doctorum sit in Ecclesia
Dei: i multo magis prohibitum mulie-
ribus.

SCHOLIA.

a *ca. quod Dei timorem* 5. *de Stat. monach.*
b *ca. inter cetera* 11. *de Offic. ordinat. lib. 1.*
tit. 31.

c *ca. excommunicauimus* 13. §. *quia vero,*
de senten. excommun. lib. 5. tit. 7. cap. cum
ex iniuncto 12. *de Heretic. quomodo e-*
nim prædicabunt, inquit Apostolus, nisi
mittantur, 2. ad Timoth. 3. ad Romanos
10. in Concilio Tridentino, sessio 5. de Re-
formatione. cap. 1. & sessione 24. de Refor-
matione. c. 4. Misi ita Dominus discipu-
los, Euntes, prædicate Euangelium vni-
uersæ creaturæ, &c. D. Matthæi, cap. fin.
cap. in nono 21. distinct. *Quare & Esaias*
dicebat ad Deum: Ecce ego, mitte me,
Esaiæ 6. & in cap. 9. in scripturis, 8. qua. 1.
Elegit ipse Christus 12. Apostolos, & 72.
discipulos. diui Matthæi, capit. 9. Luca
10. Quia autem Episcopi qui successerunt
in locum Apostolorum, non possunt, per se
D
semper ubique in sua diocesi munus hoc
prædicandi exercere, alius probatis deman-
dant. ca. inter cetera 15. *de offic. iud. ord.*
capit. 9. ad iudicimus 16. *questio. 1. quia mo-*
nachus, non docentis sed plangentis habet
officium, can. monachus nō 4. & seqq. 16.
quest. 1.

e *capit. doctos* 2. q. 1. *can. quod Dei timorem*
5. *de Statu Monach. lib. 3. tit. 35. Sic inter-*
dictum est mendicantibus Monachis præ-
dicandi extraneis officium, & audiendi
confessiones, in ca. unico. §. confirmatos de
religios. domibus in Sexto. nisi cum licentia
habita a rectore Ecclesie, ut & ibi Glossa
notat, & docetur in ca. cum ex iniuncto,

de Heretic. in Concilio Tridentino, sessio-
ne 5. de Reformatione capit. 2. & sessione
24. de Reformatione cap. 4. in capit. exiit,
qui seminat. §. verum, quia expresse, de
verbor. signifi. in Sexto. & in cap. 1. §. ideo-
que, de Privilegiis, in Extrauag. commu.
f *ca. quam sit laudabile* 10. *de Iude. libr. 5.*
titul. 6. *Impetrant illam licentiam mendi-*
cantes a superioribus, quos dicunt ministros
& definitores, in capitulis, c. exiit 7. §. ve-
rum quia, de verb. signifi. in Sexto.

g *Cle. dudum* 2. *de sepul. ca. cum ex iniuncto*
de heretic.

h *Dicta Clementina dudum, de Sepulchris.*

i *Dicto cap. cum ex iniuncto* 12. *de heretic.*
ca. sicut in vno 14. *eod. tit. ubi alia ratio-*
nes adductæ, & in Concilio Carthaginensi,
4. cap. 98. & ca. mulier 29. §. *laicus* 23. *di-*
stinctio. Laicus (inquit) præsentib. cle-
ricis, nisi ipsis rogantibus docere non
audeat. iunge c. 19. ad iudicimus 16. q. 1.

k *Dicto c. mulier* 23. *distinct. mulier quam-*
uis docta & sancta viros in conuentu do-
cere non presumat. can. mulierem, 3. quest.
5. ex diuo Augustino questione 15. *qua-*
stionum veteris Testamenti, & ca. mulier
20. de consecrat. distinct. 4. Melius in ca.
noua quadam 10. *de Pœni. & remiss. lib.*
5. tit. 38. facit. c. unicam. de relig. dom. lib.
3. extra. commun.

CAPVT. V.

Modus prædicandi.

PRædicatio Ecclesiastica, debet fieri se-
cundum morem Catholicorum, pa-
lam, intelligibiliter, cum discretionem, pure,
sine hæresi, simpliciter, sine scientiæ iacta-
tione, sine adulatione, & coniungendo vitæ
bonæ exemplum, cum confusio & igno-
minia sit, Iesum Crucifixum Magistrum
pauperem atque esurientem, fratris præ-
dicare corporibus: ieiuniorumq; doctri-
nam rubentes buccas tumentiaq; ora pro-
ferre. *b*

SCHOLIA.

a *ca. fin. §. fin. 43. distinct.*

X

b *can. Ecclesia principes. 4. 35. distin. ex di-
uo Hieronym. ad cap. 2. Michea. 2.*

CAPVT VI.

- 1 *Qui debeant audire predicationes.*
2 *Cum excommunicatis sine peccato quan-
do communicetur.*

INter cætera, † quæ ad salutem pertinent
populi Christiani, pabulū est verbi Dei:
sicut enim corpus materiali, sic anima spi-
rituali cibo nutritur, nec ex solo pane vi-
uit homo, sed de omni verbo, quod procé-
dit de ore Dei. *a* Interesse itaque debent
Christiani concionibus sacris, & diligen-
ter verbum Dei accipere. Imo omnes ad
audiendam prædicationem verbi Dei ad-
mittendi, infideles, Hæretici, Iudæi, quia
forsan conuerti ad fidem eo modo pote-
runt. *c*

2 Neque excommunicati sint, † qui ex-
communicato in his, quæ pertinet ad ab-
solutioem vel salutem animæ, in locutio-
ne participant: *d* quocirca etiam ab excō-
municatis prædicatores possunt eleemo-
synas accipere, *e* & licet prædicare ea ra-
tione inter Iudæos & Paganos Euangeli-
cam veritatem, & pariter licet prædicato-
ribus Euangelizantibus edere ab iisdem
proposita, f. verbum Dei per se honoran-
dum & salubre, nec contemni ideo debet,
si aliquando prædicator aliquo crimine
laboret. *g*

SCHOLIA.

- a** *c. inter cætera 15. de offic. iudic. ordina. lib.
1. tit. 3. 1. diui Matthæi 4. Luca 4. Dent.
cap. 8.*
b *can. interrogo 94. 1. quæ. 1. ca. omnes fideles
62. de consecr. dist. 1.*
d *ca. cum voluntate 52. de senten. excommu-
can. cum excommunicato 11. quæstione
tertia.*
e *di. do ca. cum voluntate. §. prædicatores, de
senten. excommunicationis.*
f *ca. quam sit laudabile 10. de Iudæis, libr.*

A 5. titul. sexto, ubi Glossa excipit, nisi qua
proponuntur eis, expresse fuerint idolis im-
molata.

g *cap. fin. §. fin. 83. distin. ubi ratio, & pro-
batio ex sacra pagina, super Cathedra
Moysis sederunt scribæ & Pharisei, &c.
Bene viuendo, & bene docendo, instruit
prædicator, quomodo oporteat viuere: Be-
ne docendo, & male viuendo, Deum in-
struit, quomodo debeat eum condemnare:
capit. final. 40. distinctione.*

CAPVT VII.

Finis predicationis.

IN summa, quilibet Euangelicæ verita-
tis prædicator, ita debet in Ecclesia Dei
laborare, vt defuncto Fratri, id est, Christo,
suscitet semen, qui pro nobis mortuus est,
& quod suscitatum fuerit eius nomen ac-
cipiat. *a* Bona doctrina prædicantium apta
est lauare animas credentium a sordibus
peccatorū: *b* quamuis id semper non con-
sequatur. *c*

SCHOLIA.

- a** *cap. octauo olim, 8. quæstione prima, ex
diuo Augustino contra Faustum Ma-
nicæum, libr. 3. capit. 10. & hunc finem
proponere sibi debet prædicator, laudem &
gloriam Dei, & lucrum annorum, in can-
reuertimini. 65. 16. q. 1.*
b *ca. fin. §. fin. 83. distinct.*
c *ca. inter cunctas, §. ideoque, de Præuilegio
in Extraneis communibus.*

DE OBLATIONIBVS
Ecclesiasticis.

TITVLVS XXIII.

- a** *Tractatur lib. 3. Decretalium titul. 30. in Sex-
to, libr. 3. tit. 13. in Clemen. libr. 3. tit. octauo. can-
qui sacerdotes 10. quæstione prima, ca. si quis ir-
scitur. §. hac nimirum, cum tribus sequentibus
13. quæst. secunda, eo pertinere potest titulus, de
elemosynis qui loquitur de mendicantibus va-
lidis. lib. 11. C. tit. 25.*

CAP.